

Heinrich Rahn Andreas Assig von

## **Semicenturia Positionum Legalium De Servitutibus Personalibus**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766233464>

Druck Freier  Zugang







Ja - 1143 1-58.


216.7



Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

42.18







SEMICENTURIA  
POSITIONUM LEGALIUM  
DE  
SERVITUTIBUS  
PERSONALIBUS,

*Quam*

D. O. M. A.

Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis  
in celeberrimâ ad Varnum Academiâ

SUB PRÆSIDIO

*Viri Clarissimi, Excellentissimi & Consultissimi*


Dn. HENRICI Rahnen / J. U. D.

& Professoris Publici, Præceptoris & Mœcenatis sui æternûm honorandi,

*Publicè exhibet discutiendam*

ANDREAS Assieg Vratislaviensis Siles.  
Author & Respondens.

*In Auditorio Majori, ad diem 10. Aprilis,  
Horis matutinis.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M DC XLI.



Decorative border with floral and geometric patterns.

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Strenuis Amplissimis  
DN. DN.*

DN. STANISLAO

Nichhäuser a Leonhartwitz in  
Prottsch/Weida & Eilienthal/

SENATORII COLLEGII Inclytæ Reipub.  
WRATISLAVIENSIS, PRÆSIDI MAGNI-  
FICO,

UT ET

DN. THEODORICO

à Garß in Rixe/


DN. RUDOLPHO

John in Kosel.

DN. CASPARO Kretsch,

mern.

SENATORI-  
BUS Prima-  
riis, & Scho-  
larchis Lau-  
datissimis.



DN. DN. ac Mæcenatibus suis  
Semicenturiam hanc Legalium  
Conclus. dicat & consecrat

ANDREAS Uffieg/  
A. & R.



18

PROÆMIUM.

**D**ividuntur in Inst. lib. 2. tit. 2. Res in Corporales & Incorporales: Quarum illæ quidem sunt, quæ velut objectum externi sensus recipiunt aliquem externum actum, eumq; vel actualem vel potentialem; seu quæ tangi possunt, ut loquitur Imper. d.l. Hæ, quæ circa subiecti, cui inherent, considerationem, in Jure consistunt. d.l. Posteriori huic generi insunt Servitutes Prædiorum d.t. ibi Ususfructus, Usus, & versinal. Quarum consideratio cum sit in Juris Theoria difficilis, in Praxi frequentior & utilis, dignas eas existimo, monente JCro. in l. 25. de Liberat. legat. & l. 5. de LL. ut pro ingenii viribus attingantur, & certis Publicæ Dissertationis pagellis includantur. Cum autem nec amplitudo materiae, nec Instituti ratio sectari singula permittat, reservatis Realibus aliò, hic Personales tantum persequar, utpote quæ & aliàs ob dignitatem Personæ cui debentur, & plenitudinem Usus quem præstant, Realibus potiores habeantur.

POSITIO I,

**D**icta est à serviendo Servitus. Cum enim Res liberæ esse censeantur, quando iis solus Dominus utitur, & quasi imperat, nemoq; in illis nisi ipse jus habet: Servæ verò cum præter Dominum alius in iis jus obtinet, cumq; alteri serviunt, vel utilitatem præbent, & id vel rei, vel personæ arg. l. 1. de Servitut. Hinc relatione factâ Fundus, qui debet, servus l. 20. §. 1. d. A. R. D. serviens l. 23. §. 2. de S. R. P. & cui debetur servitus, dominans appellatur l. 14. in fin. d. V. O

II.

Servitus Personalis, de quà nobis sermo, est jus ex re alienâ Personæ debitum, & ad ejus commodum utilitatemq; constitutum, dominij jus diminuens arg. l. 57. de Usufr.

III.

Hujus servitutis tres vulgò recensentur species, Ususfructus, Usus, Habitatio, tit. 4. & 5. lib. 2. Instit.

A 2

IV. Usufu-



## IV.

Ususfructus in genere est Jus utendi fruendi re propria vel aliena.

## V.

In re propria quando consistit dici solet Causalis, seu, ut alij malunt, Plenus, ex eo quod cum proprietate conjunctus est. *vid. l. 21. §. pen. de Exception. rei jud. l. 4. de Usufruct. accres. l. 57. solut. matr.*

## VI.

Quando rei alienae est, vocatur Formalis, seu Nudus, h. e. à Proprietate separatus. Et hic propriè huc pertinet.

## VII.

Est autem jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia, *pr. Inst. de Usuf.*

## VIII.

Dividitur in Ususfructum Verum, qui est rerum, quarum substantia non perimitur Usu; & Quasi Ususfructum, qui est rerum, quae intereunt usu; vel naturaliter, ut vinum, oleum; vel civiliter, ut pecunia numerata §. 2. de Usufructu.

## IX.

Hæc generaliora. Nunc transeamus ad Causas Efficientem, Materialem, Formalem, Finale. Efficiens alia est remota, ut Lex, vel Judex, aut Dominus, alia propinqua, ipsa scilicet quasi traditio seu patientia Domini *l. 3. de Usufruct. l. 1. in fin. de S. P. R. & Usus acquirentis,* ex justa & habili ad transferendum ejusmodi jus causa facta, qualis est ultima voluntas, vel contractus §. 2. *Inst. h. t.* In Usufructu tamen ultimam voluntate constituto non requiritur quasi traditio, ibi enim acquisitio contingit Legatario ipso jure statim ab adita hereditate *l. 10. l. 29 de Usufruct. leg.* etsi Legatarius possessionem rei legatae propria auctoritate apprehendere non possit.

## X.

Habet à Lege Ususfructum ab omni cautionis onere, & reddendis finito eo rationibus immunem *l. 8. §. 4. in fin. C. de bonis que Liber. Pater in bonis adventitiis Filii familias l. 6. in pr. C. Eod. si non per Avum sit ei ademptus, aut h. Excipitur C. Eod. aut Ipse eum repudiarit l. 6. §. 2. v. fin autem C. Eod. item pro dimidia parte in bonis Emancipati §. 2. vers. Idcoꝝ, Inst. Per quas Personas.* In Feudo vero secus esse statuimus, cum *Vult. de Feudis lib. 1. c. 4. num. 8.*

XI. Con-



XI.

Convenientèr hic quæritur: An Uxor possit adimere Patri Usumfructum Legitimæ, quam Filio communi reliquit? Nos Legitimam ita onerari posse negamus, per Nov. 117. c. 1. in pr. ibi postquam reliquerint.

XII.

A Lege quoq; constituitur Ususfructus Matri in bonis sponsalitiis alijsq; facultatibus prioris mariti, si ipsa transeat ad secunda vota l. 3. C. de secund. Nupt. Novell. 22. c. 23. Idq; reciprocè intelligendum esse quoad Maritum secundam ducentem Uxorem propter rationis identitatem, aff. cum Gail. 2. obs. 98. num. 3. An idem obtineat si post mortem Mariti Uxor eligat turpem vitam? quæri hic posset: sed non sectamur omnia. Videatur Harprecht de Usufructu ad §. 2. num. 4. 6. Hoc affirmamus, etiam eorum bonorum, quæ vigore statuti, vel consuetudinis, post mortem Conjugis ex substantia ejus acquisita sunt, proprietatem propter secundas Nuptias amitti. Gail. d. Observ. 98. num. 6. arg. auth. Ex Testamento C. de secund. Nupt.

XIII.

Præterea jure Codicis Lex Ususfructum attribuit per præscriptionem, inter Præsentes decennio inter absentes 20. annis l. ult. in fin. C. de Præscript. long. tempor. l. 13 C. de servitut. & Aq. non attendita servitutum continuarum vel discontinuarum distinctione, quam tamen in Camerâ attendi tradit Myns. 4. Obs. 53. Ita, ut in acquisito ejusmodi diuturno usu Ususfructu nec scientia Domini, nec ignorantia exigatur secundum d. l. circa fin. Quod tamen mutatum arbitramur per Nov. 119. c. 7. & Auth. Mala fidei C. de Præscriptione long. tempor. ubi tum demum est locus Usucapioni, aut longi temporis præscriptioni 10. & 20. ann. si Dominus sciens rem suam ab alio possessam, contestatus id non sit Possessori. Aliàs, nempe ignorante Domino demum per longissimi temporis præscriptionem Possessor rem sibi acquirit. Verum an Heres possidens rem Ususfructuariam pro herede possit ejus Ususfructum usucapere? controverti videmus. Neg. & pleno jure rem ejus fieri aff. cum Harprecho d. l. num. 26.

XIV.

A Juce constituitur Ususfructus cum in Judiciis divisoriiis Familix Ericiscundæ l. 16. §. 1. Famil. Ericif. vel Communi dividundo



*l. 6. §. 10. Communi divid. Officio Judicis uni proprietas alteri Ususfructus adjudicatur, l. 6. §. 1. de Ususfructu.*

XV.

A Domino constituitur Ususfructus vel conventionalitèr vel testamentariè. Prius fit per stipulationes, vel pactiones, ita tamen ut traditione compleantur, (aliàs enim saltem constituitur obligatio Personalis *l. 3. de O. & A. arg. l. 3. de Ususfructu. l. 1. §. 2. si Ususfr. per.*) & ita inducatur jus reale ad producendam actionem efficax. *Vid. Hann. de Usufr. part. 1. sect. 1. cap. 3. quest. 1. & 2.* Hoc pacto lucratur Uxor Ususfructum Feudi mortuo Marito, vocatur *dasi ðeibgedinge*. De quo *Schneidev. de success. Conjug. num. 43.*

XVI.

Testamentariè constituitur Ususfructus per Ultimam voluntatem. Quem tamen Legati nomine relictum non intelligimus constitutum efficaciter, nisi aditè hereditate *l. un. §. 2. ff. Quando dies Usufr.*

XVII.

An huc referendi sint Emphyteuta, superficiarius, Vasallus, Heres rogatus restituere hereditatem, ita ut & illi ratione juris sui in re, possint alij Ususfructum constituere? disquiritur: Nos dicimus ipso jure non posse, si tamen Emphyteuta vel superficiarius hoc constituant, utilitèr à Prætorè tuetur, *l. 1. pr. Quemadm. Usuf. amitt. l. 9. §. 1. Usufr. quemad. cav. l. 1. §. fin. de superfieb.* sed Vasallo hoc denegamus, licet servitutem realem Feudo imponere possit. *2. Feud. 8. vers. Quid ergò si; ut & Ususfructuario §. 3. de Ususfruct. atq; hæredi jam dicto. per l. ult. §. 2. & 3. C. com. de leg.*

XVIII.

Materia Ususfructus videtur esse subjectum cui adhæret adjunctū jus Ususfructus, idq; potest esse tam res immobilis & soli *l. 3. vel mobilis, ut jumentum l. 7. pr. & §. 1. de Ususfruct.* Constituitur vel omnium bonorum, doctante salvo in testam. *l. 29. Eod. Nov. 18. c. 3.* vel certæ partis *l. 43. Eod. divisim vel indivisim, l. 5. Eod.* Uni vel Pluribus conjunctis, quibus postea deficientium portiones accrescunt. *tr. de Ususfruct. accrescend.* Ita tamen constitutione hæc subjectum afficitur ut salva maneat ejus integralis bonitas, substantia, essentiæq; formales *l. 1. & tr. de Ususfruct. quemad. cav.* Hoc enim exigit & Juris hujus natura *pr. Inst. de Usuf. & Constituentium voluntas.*

XIX.

Fit inde ut non constitui possit Ususfructus earum rerum quarum



rum substantia consumitur usu, vel in aliam transit formam, vel  
affiduâ permutatione quodammodo consumi intelligitur, ut est  
vinum, vel lana, ex quâ fit vestimentum *l. ii. ff. de Usufruct. ear. rer.*  
Vel pecunia numerata *vid. §. 2. Inst. de Usufruct.* Præsertim cum  
ejusmodi res quoties utendæ dantur, datur & proprietas earum *l. 7.*  
*l. fin. dt.* & sic amplius alienæ res nequeunt dici, in quibus constitui  
tur Ususfructus *l. 5. si Ususf. pet. XX.*

Utilitatis tamen gratia auctoritate SCi effectum est, ut harum  
quoq; rerum constitui ultima voluntate Ususfructus possit *§. 2. Inst.*  
*bt. l. 1. & ff. de Usufr. ear. rer.* in quo subjecti consumptibilis no-  
mine caueat Ususfructuarius heredi de re ejusdem bonitatis, vel ejus  
æstimatione restituendâ. *d. §. 2. Inst. Eod. l. 6. l. 7. l. 10. de Usuf. ear.*  
*rer.* Hic Ususfructus dicitur Impropius seu quasi, estq; ille quem su-  
pra *thes. 8.* constituimus alterum membrum in divisione Ususfructus.  
XXI.

Hic non sunt prætereundæ quæstiones: 1. An quasi Ususfructus  
possit quoq; actu inter Vivos constitui? *N per §. 2. de Usuf. l. 1.*  
*& ff. de Usufr. ear. rerum.*

2. An Usus vestimentorum pertineat ad quasi  
Ususfructum? Hoc *aff per d. §. 2.* cum vulgari tamen distinctione  
inter quotidiani & usus rarioris. idq; propter *l. 15. §. 4. de Usufructu.*

3. An constituto Ususfructu omnium bonorum  
futura quoq; intelligantur? *Aff. per l. 34. §. Ult. de Usufruct.* inde  
tamen non adstringimus Ususfructuarium ad solutionem æris ali-  
eni à defuncto contracti, *vid. Boer. Clas. s. Disput. 9. thes. 46.*

XXII.

Progrediamur ad Formam quæ est vel Essentialis vel Accidentalís.  
Essentialis consistit in ipso jure fruendi, id est facto ejus qui fruitur  
& utitur *l. 1. pr. Quand. dies Usuf. leg. ced.* Hic quæritur: An ad  
substantiam Ususfructus pertineat cautio? Id quod negamus; tam in  
vero, in quo fluit cautio ex Edicto Prætoris *l. 1. pr. Usuf. quemad. ear.*  
quam Quasi Ususfructu, in quo ex Scto datur.

XXIII.

In vero: quia dantur multi casus in quibus cautio seu satisfactio  
licitè omittitur *Gail. 2. obs. 47. num. 1. v. g. 1.* quando relinquitur  
Ususfructus Fisco *l. 1. §. 18. ut Legat. nomine.* 2. Quando Pater re-  
cipit



capit Usumfructum in bonis Filijs. adventitijs l. 3. §. fin. C. de bon.  
que Liber. 3. Quando quis donat bona reservato sibi in iis usu-  
fructu. Gail. 2. Obs. 145. in fin. Alius casus in l. 9. §. 2. Ufus. quemad.  
cav. In Quasi Usumfructu ob textum in l. 5. §. 1. de Ufus. ear. rer.

XXIV.

Sed queritur, quomodo cautio illa fieri debeat? Fidejussores exi-  
git jus nostrum: Quia, licet Cautio vocula generali sapius hæc  
in re utatur, ut in §. 2. Inst. de usuf. l. 1. pr. Usumfruct. quemad. cav. &  
alibi passim; tamen inspecie satisfationem vult l. 13. pr. ff. l. 4. C.  
de Usumfruct. satisfatio autem fit Fidejussoribus l. 3. C. de V. S. l. 1. ff.  
Qui satisfare cogunt. Tum est Prætoria hæc cautio, quæ requirit Fide-  
jussores l. 7. de Prætor. stipul. XXV.

Consideratis tamen circumstantiis quoad præstationis hujus, vel  
etiam pignoratitiæ cautionis impossibilitatem, ex æquitate asseri-  
mus cum Gail. 2. obs. 57. Juratoriam quoque hic locum habere cau-  
tionem, si Usumfructuarius sit Vir probatæ opinionis & fiat juramen-  
tum sub mentione aliter caveri non posse, arg. Auth. Generaliter  
C. de Episcop. & Cleric. Quid si suspectus vel improbatæ vitæ Usum-  
fructuarius, ut cum juramento ejus nolit contentus esse Proprieta-  
rius? Arbitramur Proprietario rem plenè relinquendam, ut vel fru-  
ctus præstet annuos, vel pecuniæ quantitatem: Vel judicis arbitrio  
committimus, ut rem curet sequestrandam l. 5. §. Imperator. Ut  
legat. nomine

XXVI.

Quid porro si non exigatur hæc cautio? Vel exacta non præste-  
tur statim? sed Usumfructuarius re hæreditariâ fruatur ante præsta-  
tionem cautionis, lucratur ne fructus perceptos ante cautionem  
præstitam? In priore casu affirmamus per l. 5. §. 1. de usuf. ear. rer.  
l. 1. §. 1. ut in possess. leg. nomine. Sed posteriore negamus, nisi vo-  
lente & sciente Proprietario Usumfructuarius venerit in possessio-  
nem. Gail. 2. Obs. 46. num. 6. & seqq.

XXVII.

Placet ulterius querere: An cautio hæc Usumfructuario possit re-  
mitti à Testatore? Neg. per l. 1. C. de Usumfruct. l. 7. C. ut in possess.  
leg. nom. Testator enim renunciare alieno favori non potest. arg.  
l. 15. §. 1. ad L. Falcid. Heres autem remittere potest, aut alius, qui  
actu inter Vivos Usumfructum alij constituit, tum enim hoc cujus  
libet facilitati elargitur Gail. 2. obs. 145. num. 12.



18  
XXVIII.

Accidentalis forma subsistit in eo, quod ususfructus purè l. 17. Quibus mod. usuf. amitt. vel sub conditione l. 54. de Usuf. vel ex certo tempore, & usq; ad certum tempus, alternis quoq; annis l. 16. §. 2. Famil. Ercis. possit constitui.

XXIX.

Finis Ususfructus est fruitio rerum alienarum, quæ effectus Ususfructus producit. Horum præcipuus est, quod Ususfructuarius omnes omninò fructus rei, tam civiles, quam naturales, & quicquid inde percipi potest, boni viri arbitratu, lucretur l. 7. l. 9. in pr. l. 59. de Usuf. Ita ut & id, quod ex actionibus, quæ pro re Ususfructuaria exercentur, item quod ex Jurisdictione Castri, in Ususfructum dati, pœnæ, confiscationis, vel multæ nomine veniat, complectatur. Harprecht. de Usuf. ad §. 2. num. 59. & seqq. Hinc & fructu bonorum legato, fœnus quoq; sortium, quas defunctus, legans Ususfructum collocavit, Ususfructuario præstabitur l. 24. d. Usuf. & Usufr. leg.

XXX.

Sequitur alius effectus, nempe facultas Ususfructum alienandi, locandi, oppignorandi, donandi, vel gratis concedendi l. 12. §. 2. l. 38. l. 40. l. 67. de Usuf. l. 11. §. 2. de Pignoribus. §. 1. de Usuf. & Habit. Si id rei patiatur conditio l. 15. §. 4. Eod. & illa alienatio non fiat in alium, quam ipsi Ususfructuario res data est, usum l. 13. §. 8. Eod. Jure tamen servitutis semper manente penes Ususfructuarium l. 38. Eod. l. 66. de Jure dor. Ita ut Conductor non suo, sed Locatoris nomine utatur d. l. 12. §. 2. nec alius intelligatur Ususfructus, in eменте, quam ipse, qui primo constitutus est acquirenti. Donek. lib. 10. c. 8. An Proprietario, si Ususfructuarius alii velit Ususfructum locare aliquid prælationis, si & ipse mercedem ponere paratus sit, tribuendum veniat? quæritur. Nos invito Ususfructuario. hoc neg. arg. l. 14. c. de Contrahen. Empt. Pertinet etiam ad Ususfructuariū Ususfructus eorum, quæ rem Ususfructuariam, ut accessiones, sequuntur l. 9. §. 4. de Usuf. Item instrumenta fundi, & alia ad minicula, sine quibus uti frui quis non potest l. 15. §. 6. Eod. l. 1. §. 1. si Usuf. pes. An & Thesaurus, in fundo Ususfructuario inventus, item feræ bestię? Utrumque neg. Prius per l. 7. §. 12. solut. matrim. eo quod Thesaurus non sit in fructu. Ergò & hoc casu de eo communis obtinet dispositio

B

ut



ut pro diviso sit Ufufufruuarij Inventoris, & Proprietarij. Pofterius  
per l. 61. pr. de Ufufufru. nifi forte fundi fructus fpeciatim conftet ex  
Venatione l. 26. de Ufuris.

XXXI.

Non aliter autem lucratur, & ad heredes transmittit Ufufufru-  
tuarius fructus, quam fi ipfe, vel alius illius nomine, eos perceperit  
l. 25. §. 1. de Ufuris §. 36. Inft. de Rerum Divif. l. 8. ff. de Annis legat. id  
eft: fi vivente Fructuario ejus nomine, fuerint feperati, et fi in horreũ  
nondum reconditi l. 13. Quibus mod. Ufuf. amitt. Jus enim perso-  
nale, ejus offibus quafi affixum, cum eo vivit & moritur. Secus eft de  
Jure Saxonico, fecundum illud enim Ufufufruarius, qui, poftquam  
confevit agrum, & feminatam cooperuit, difceffit, transmittit fru-  
ctus, etiam nondum extantes ad fuos hæredes teste Schneidvv. ad §.  
36. de Rer. div. num. 3.

XXXII

Pro commo do hoc perceptionis fructuum, onera quoq; com-  
petunt Fructuario, confidentia vel in faciendo, vel non faciendo, In  
non faciendo confidentunt, omnia ea quæ, Ufum fructum vel deterio-  
rem reddunt, vel corrumpunt, vel mutant in fua fubftantia, etiam  
fi aliàs inutilia non fint l. 13. §. 4. C. 7. l. 27. §. 1. de Ufufu. quod fecus  
eft in adjunctis mutatis d. l. 13. §. 7. C. §. 5. Hinc rei Ufufufruariae  
nec imponere fervitutem l. 7. C. de Rebus alien. non alien. nec acqui-  
rere l. 6. ff. Commun. Præd. Ufufufruarius potest. Imò nec ipfe Pro-  
prietarius, fi præfertim nociva fit Ufufufruui fervitus l. 15. in fin. l. 16.  
de Ufufu. ne quidem Ufufufruuario confidente d. l. 15. Quod Pinell.  
in l. 1. C. de Bon. mater. ut refert Donell. lib. 10. c. 11. ibiq; Hillig. liz A.  
mirum videtur. Sed non omnium à Jure civili receptorum ratio-  
nem reddi poffe, aut inquire debere, comprobatum habemus in l.  
20. C. 21. ff. de L. L. Hunn. part. 1. c. 7. feñ. 1. Nunciare tamen Ufufufru-  
tuarius novum opus potest, modo alij quam Domino l. 2. non fuo  
fed domini nomine fiat l. 1. in fin. ff. de Oper. nov. nunciat. fiquidem  
dominus ipfi mandaffe, & ipfe caviffe præfumitur, plenam custo-  
diam, quæ in hoc fele quoq; exerit. Idem part. 1. c. 6. f. 1. q. 8.

XXXIII.

In faciendo confidentunt, quæ exigit, & rei fervientis natura, &  
voluntas constituentium. Hæc vel confervando, vel reparando, vel  
redinte-



redintegrando expediuntur. In conservando continetur tuitio rei, per exactam diligentiam l. 65 de Usufr. ob intervenientem utriusq; utilitatem, cujus gratia levis quoq; culpa præstatur. l. 5. §. 2. Commod. Et ex hoc capite tenetur curare, ne quid damni inferatur l. 65. d. Usufr. aut res usufructuaria cadat in alterius possessionem, & sic ulucapiatur l. 1. in fin. Usufr. qnemad. cav.

XXXIV.

In reparando continetur modica, non omnimoda reparatio rei l. 7. §. 2. & 3. de Usufr. Et huc pertinent agrorum & fossarum purgationes l. 13. §. 2. Eod. Curationes ægrotorum animalium l. 45. Eod. In redintegrando consistit plena in locum extinctarum rerum substitutio, qualis est arborum demortuarum l. 18 de Usufr. vel everfarum, culpa Usufructuarij, suorumve; non vi tempestatis l. 59. Eod. Item armentorum defunctorum aut inutilium, gregis nomine, non singulorum capitum, in Usufructum datorum l. 68. §. fin l. 69. & 70. §. 3. de Usufr. Et quidem fiat illa substitutio non ex alienis, sed agnatis capitibus. d. l. 68. in fin. de Usufr. His oneribus tributorum quoq; & collectarum, stipendiorum, salariorum, alimentorumq; à re fructuaria relictorum, & similium præstationes annumeramus; l. 7. §. 2. Eod. l. 27. §. 3. Eod. l. 28. de Usufr. leg. sive debeantur quatenus Usufructuarius jam percipit fructus l. 13. de Impens. in res doctal. sive antequam perceperit, inceperint deberi l. 7. de Publican. & Veftigal. sunt enim reale onus, quod cum ipsa re transit in Possesforem, vel quasi. Excipe tamen onera nimis gravia, puta absorbentia, vel æquantia pereceptionem fructuum arg. d. l. 7. de Usufr. ubi gl. ad vocem, pertinet: arbitrio Judicis committendum arbitratur, quæ sit modica, vel magna impensa æstimanda. Reposcere enim potest Usufructuarius, quod ultra quam debebat, impendit.

XXXV.

Contraria Ususfructus sese jam aperiunt, qualia sunt, quæ usumfructum perimunt. Perimitur 1. Morte Usufructuarij naturali §. 3. Inst. de Usufr. Jura enim personalia, quale Ususfructus l. 1. de servit. cum Persona vivunt & extinguuntur l. 196. ff. de R. J. 2. Morte civili, h. e. maxima vel media Capitis deminutione d. §. 3. l. 16. §. fin. C. de Usufr. quamvis olim & minima capitis deminutio extinxit Usumfructum §. 1. Inst. de acquis. per alog. Paul. 2. sent. 6. §. Capitum. Huc refue

B 3

rends-



rendus est Bannitus cum *Gail 2. Obs 86 num. 10.* Verum Capitis minutio eum demum perimit Usumfructum, qui jam constitutus est *l. 1. §. 1. & §. 3. Quibus mod. Usuf. amitt.* Potest tamen & ita extinctus reviviscere, & renovari, voluntate Constituentium *l. 3. pr. l. 5. Quibus mod. Usuf. amittit.* In rebus autem, quæ non moriuntur facile, aut nunquam, ut est Civitas, centum anni, vel inundatio, vel perpetua desertio civium, quæ mortem naturalem; aut aratri inductio, falsive insperio, quæ civilem representant, Usumfructum finiunt *l. 56. de Usufr. l. 21. Quibus mod. Usuf. amitt.*

XXXVI.

3. Finitur Ususfructus propter interitum rei *§. 3. verf. eo amplius Instit. de Usufr.* seu, ut loquitur Ictus *in l. 5. in fin. Quib. mod. Usufr. amittit.* mutatione rei usufructuariæ. Est enim jus in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, *pr. Inst. de Usufr.* Modo interitus ille formalis sit, & integralis, mutans substantiã rei, & in aliud transfundens nomen *l. 10. Quibus mod. Usufr. amitt.* si enim pars saltem intereat, in residuã parte totus retinetur Ususfructus *l. 53. de Usufr. Donell. lib. 10. c. 18. lit. 4. & d. 4.* Finitur existente, seu finito tempore constitutionis *l. 15. d. 7. l. 5. C. de Usufr.* vel conditionis *l. 16. Quibus mod. Usuf. amitt.*

XXXVII.

5. Finitur non utendo omninò *l. 25. Quibus mod. Usuf. amitt. l. 3. si Usufr. pr.* ita ut inter præsentis decennio, inter absentes verò vicennio hoc modo evanescat *l. 13. C. de Servit. vel per modum & tempus præfinitum l. 16. C. de Usufr. §. 3. Inst. eod.* Non tamen malè utendo *l. 1. §. 5. Usufr. quemad. cav. Wes. in π. Eod. num. 8.* si modo non adeò gravis sit abusus, ut cadat planè in non usum, seu trahat secum maximum detrimentum.

XXXVIII.

6. Finitur Cessione, quã & ipsa malè utitur, dum jus suum personale, quod soli ipsi constitutum est, cedit, planè à se abdicat, & in se amplius consistere nolit *l. 66. de Jure dot.* Interim ipsam fructuum perceptionem, vel ut Dd. loquuntur, commoditatem utendi, quæ jus reale vocari potest, & in usufructuario quidem radicatur, ab eoq; profluit, sed distingui tamen ab eo potest, alteri rectè cedere, locare vendere, donare potest, non extraneo saltem, sed & ipsi proprietario *l. 12. §. 2. de Usufr. l. 29. in pr. & §. 1. Quibus mod. Usuf. amitt.*

Et



18  
Et licet in §. fin. v. Item finitur Inst. de Usufr. dicatur, nihil agi ceden-  
do extraneo Usufructu, tamen id intelligendum est non respectu  
Usufructuarij, qui amittit, vel Domini, ad quem revertitur, sed Extra-  
anei, ad quem nihil ex illa cessione transit. Recurrit enim Usufructus  
ad Proprietatem, non per Cessionem, sed occasione cessionis, per  
accidens, & præter intentionem agentis. Ast ubi Usufructus cedi-  
tur Proprietario, verè & directò per cessionem finitur.

XXXIX.

7. Perimitur Usufructus Consolidatione, cujus una species  
Cessio, de qua dictum, & qua fit ipsi Proprietario, ubi usufructus  
jungitur proprietati. Altera est ubi proprietas accedit usufructui,  
& usufructuarius sibi acquirit proprietatem. Dicitur illa Justinia-  
no propriè Consolidatio §. fin. Inst. de Usufr. l. 6. pr. de V. usufr. accres.  
interdum confusio l. 4. V. usufr. quemad. caveat. l. 27. Quibus mod.  
Usufr. amittit.

XL.

Quasi Usufructum finiunt saltem duo, ex dictis, modi; mors  
sc. civilis, & naturalis l. 9. de V. usufr. ear. rer. §. 2. Inst. de V. usufr. Nam  
cum Fructuarius sit Dominus, & restituat, non eandem speciem, sed  
tantundem, cæteri modi, non usus, interitus rei, & cessio hinc non  
habent locum. Hinc etiam quæri potest an finiatur Usufructus ob  
ingressum in monasterium? Nos negam: cum Treutl. vol. 1. Disp. 16.  
§. 14. lit. I.

XLI.

Non autem quilibet Usufructus his statim modis finitur: planè  
enim qui pluribus conjunctim relictus est, non statim, uno vel mor-  
tuo vel abutente ad Proprietariu revertitur, sed extincta deficientis  
pars reliquis accrescit, etiamsi, quod in usufructu accrescendò  
singulare est, alteri horum jam acquisitus fuerit. l. 1. §. 3. de V. usufr.  
accres. l. 10. Eod. Ex qua legè ad casum, qui in controversiam voca-  
ri solet, & est talis: Titio & Mævio constituitur Usufructus fundi  
Tusculani, Titius agnoscit suam partem, sed postea amittit: Mævius  
suam agnoscere non vult, jam quæritur an Mævij pars possit Titio  
accrescere? respondemus affirmativè; ita, ut non portio Titij, ea  
enim amissa est, sed personæ accrescat l. 33. §. 1. de V. usufr. Non extin-  
guitur quoq; Usufructus Filiof. constitutus eo mortuo, quamdiu  
Pater superest l. ult. C. de V. usufr. Hinc & bonis Filijf. adventitijs pub-  
licatis, Patri remanet jus Usufructus Filiof. constitutum. Treutl. d. l.  
§. 15. lit. C.



## XLII.

Restat, ut videamus de Actionibus quæ dantur pro Vsumfructu vel constituendo vel constituto. Pro Constituendo datur actio Personalis vel ex Testamento *l. 1. §. 2 l. 2 ff. si Vsumfr. per.* directa contra heredem, vel ex stipulatu contra Eum, qui Vsumfructum promissit, ut eum præstet *l. 25. de O. & A §. 1. Inst. de Actio.* Et datur hæredi quoque hæc actio, non ad constituendum Vsumfructum *l. 33. §. 10. & 11. de V. O.* sed ad id quod inter est Vsumfructum ob moram præstitum non esse *l. 36. in fin. d. Vsumfr.* Pro Constituto datur vel actio Realis ob assertionem Juris debiti Confessoria dicta, §. 2. *de Actio. l. 5. in fin. si Vsumfr. per.* Vel Interdictum unde vi *l. 3. §. 13. 14. de vi & vi armat.* contra quemvis prohibentem, possidentem, vel dolo possidere deficientem *d. l. 5. §. 1. & 2. Vsumfr. per.* etiam ipsum Proprietarium *l. 5. §. 1. Eod. l. 60. §. 1. de Vsumfr.* Et his actionibus Vsumfructuarius jus suum vindicare, impedimentum avertere, liberam fruendi facultatem recuperare, damni & interesse *l. 1. §. 20. de Oper. nov. nunt.* fructuum item ex morâ perceptorum restitutionem petere potest. *l. 37. l. 46. & seqq. de Vsumfr. l. 5. §. 3. si Vsumfr. per.* An & servitutem fundo Vsumfructuario debitam potest vindicare? Directò non *l. 1. in pr. §. 1 v. Nam et si Usuf. per.* nam actiones per quas servitutes vindicantur. *l. 2. si servit. vind.* nemini quam Domino competunt *d. l. in pr.* Indirectè tamen quatenus actionem Confessoriam dirigit in vindicationem Juris Vsumfructus ut id liberet, & habeat omninò salvum, servitutem fundo Vsumfructuario debitam simul vindicat, secundum hanc distinctionem *l. un. §. 4. de Remiss.* intelligendum esse concludimus cum *Hunn. de Usuf. part. 1. sect. 1. c. 2.*

## XLIII.

Habet etiam Vsumfructuarius utilem Legis Aquiliæ actionem *l. 11. §. ult. ad L. Aquil.* Finiù regundorum *l. 4. §. 9. Finium reg.* non modò adversus cum qui fundi vicini Vsumfructum habet, sed & contra dominum ejusdem *d. l.* Actionè doli contra Proprietarium in casu *l. 5. §. fin. Quib. mod. Usuf. amitt.* & deniq; furti agere potest contra eum qui fructus decerpit, licet conditionem furti non habeat *l. 12. §. fin. de Usuf.*

## XLIV.

Succedunt jam residuæ species servitutum Personalium Vsum & Habitatio. Ille est jus alienis rebus utendi salvâ earum substantia.



*arg. l. 1. & l. 2. de Usu & Habit.* Hæc jus habitandi in ædibus alienis salva earum substantia *l. 13. in pr. ibi jus proprium C. de Vusufr. §. 5. Inst. de Usu & Habit.* Vusus cum Vusufructu convenit, & differt ab eo: Convenit Modis constituendi, & finiendi *d. l. §. fin. de Vusufr. pr. Inst. de Usu & Habit. 2.* Constat in iisdem rebus in quibus Vusufr. 3. Vsuarius quoque cavere tenetur idoneè *l. 5. §. 1. Vusufr. quemad. cav. de usu rei legitimo l. 15. in fin. de Usu & Habit* & non inquietando Proprietario *l. 11. Eod.* An tamen Proprietarium ut in certâ parte fundi versetur, prohibere usuarius possit? controvertitur. Nos aff. si totius fundi Vusus constitutus sit. Hinc & colonum & familiam ejus urbanam prohibere potest, non rusticam, quo minus agri colendi causa ibi versetur, & fructus percipiat *l. 10. in fin. Eod.* quod in usu domus constituto quoque procedit, juxta *l. 22. §. 1. Eod. 4.* Convenit actionibus pro servitute exercendis, *l. 17. de Usu & Habit.*

## XLV.

Vusus ab usufructu differt 1. Quod in Vusufructu plenus jus continetur effectu ipsum complectens usum, quia Vusufructuarius omnes omnino lucratur fructus. Contra Vusus saltem directus est ad quotidianum usum, & necessitatem non ad compendium, ut loquitur Iustus *l. 12. §. 1. de Usu & Habit 2.* Locari non potest, nec vendi nec gratis alteri concedi *l. 8. l. 11. & §. 1. Inst. eod.* quæ omnia potest, qui Vusufructum habet *d. §. 1. cum enim usus ad solam dirigatur necessitatem, non videtur uti, qui alij concedit utendum, quod ipse non alterius necessitatibus subministratum est l. 12. §. 5. eod.* Interdum tamen largius cum Vsuario agendum pro dignitate ejus *d. l. 12 §. 1.* atque ex benignitate aliquando fit extensio in constituto usu Gregis, ut modicum lac *l. 12. §. 2.* vel domus, præsertim amplæ, ut pensio percipi *l. 4. pr. eod.* vel Equitij ut locatio exerceri possit *d. l. 12. §. 4. 3.* Vusus est individuus, ut ita pro parte legari non possit *l. 19. de Usu & Habit.* Vusufructus contra dividuus *l. 5. de Vusufr. l. 1. §. 9. ad L. Falcid.*

## XLVI

Quod diximus ex §. Inst. h. t. minus juris esse in usu, quam Vusufructu procedit in vero Vusufr. & Vusu. Nam in quasi non est differentia, & qui usum vini aut pecuniæ legatum habet, tantum habet, ac cui usufructus legatus est *l. 5. §. fin. l. 10. d. Vusufr. earum rer.* Imò & alio casu aliquando fructus inest usui propter qualitatem objecti v. g. si sylvæ usus legatus sit *l. 22. in pr. de Usu & Habit.*



## XLVII.

Habitatio, etsi quoad effectum cum usu ædium ferme sit eadem, cum usus ædium consistat in habitando, & ipsa habitatio in usu ædium *l. 10. in pr. eod.* tamē diversa est ab eo, ut & ab usufructu, ceu peculiare aliquod jus *§. 5. eod. l. 13. pr. C. de Vsufr.* in quibusdam cum iis conveniens, in quibusdam discrepans. Cum utroq; enim convenit. 1. Quod iisdem modis constituatur. 2. Quod non transmittatur ad Hæredes *l. 10. in fin. pr. de Vsu & Habit.* 3. Quod cautionem præstet Habitator, se Viri boni arbitratu habitaturum *l. 11. Vsufr. quemad. cav.* Cum Usufructu verò tantum convenit, quod habitationem possit locare *§. 5. Inst. de Vsu & Habit.* Cum usu tantum convenit, quod penè idem sit, ut dictum.

## XLIX.

Discrepat contrà ab utroq; in eo, quod tantum in ædibus constitui possit, superiores verò servitutes tam in prædiis urbanis quam rusticis *gl. in l. 13. v. in tantum, ad verbum, Usufructum C. de Vsufr.* 2. quod non amittatur non utendo, nec capitis deminutione *l. 10. in fin. pr. de Vsu & Habit.* cujus ratio redditur in *l. 10. de capit. demin.* quod plurimum facti contineat.

## XLIX.

Q An domus jure habitandi affecta, diruta, & postea restaurata, reassumat jus habitationis? Dicimus quod non: *arg. l. 5. §. 2. l. 10. §. 1. Quibus mod. Vsufr. amitt.*

## L.


Addamus Operas Servorum & Animalium, quæ propriū jus in ll. nostris Usufructui & Vsu aliquantum simile, ab utriusq; tamen natura non nihil deflectens, constituunt *l. 5. §. fin. Vsufr. quemad. caveat. l. 2. de Vsu & Vsufr. leg. l. 1. §. 9. ad Falcid. ff. de Oper. serv. Cujac. hic in ꝑ.* Transit n. ad Hæredes, nec morte possidentis finitur *l. 2. de Vsufr. leg.* non amittitur capitis deminutione, nec non utendo *d. l. 2. & l. 2. de Oper. servor.* Tum qui operas habet, potest inde mercedem capere, & locare *d. l. 2. de Vsufr. leg. servo a. Vscapto perit legatum Operarū d. l. 2.* Coeterū iisdem cum Usufructu & usu constituitur modis hoc jus operarum, nempe vel ultimā voluntate *d. l. 2. in quo casu cedit dies non ab aditione hereditatis, ut in Vsufr. & usu l. un. §. 2. Quand. dies Vsufr. ced.* sed à die petitionis legatarū operarum *l. 7. de Vsufr. leg. vel contractu l. 1. de Oper. serv. l. 37. de Vsufr.* Quomodo verò restituendæ sint Operæ? *vid. in l. 4. §. fin. & l. ult. ff. de Oper. serv.* Tantum de intricatissima servitutum personalium materia,

SOLI DEO GLORIA,











quando quis obscuro loco natus, fraudu-  
 tatione, nobili alicui familiae se infere-  
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-  
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud  
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.  
 1615. vagabundus quidam homo co-  
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
 cupans, & ex familia illustri Graecorum  
 jactans, adjumeto intercessionu, quas  
 te impetraverat, in plurimorum prin-  
 s, & civitatibus ingentem pecuniae  
 & emendicavit; cui postea, ob delicti  
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-  
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-  
 , ex nobili familia se natam & bonis  
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-  
 poenam temporalis relegationis in-  
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*  
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-  
 assumpto nomine Advocati cujus-  
 ejus publice jactaverat, quem postea  
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio  
 tinent & huc exempla relata a *Valer*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-  
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-  
 ma apud Historicos aliosq; scripto-  
 inter quae notissimum est illud Plau-  
 ptam forma Amphitruonis, adversus  
 nocte quadam, velut e bello rever-  
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

